mariam Saxonum urbem. Si aggerem deniq; addes, ſaxôq; vallatos ignivomos montes, & circumvallatas celebres aqvas:

Illam, homines dices hanc poſuiſſe Deos.

Regiæ Sedis elogia regia auguſtisſimorum Impp. Ferdinandi I. & Maximiliani II. Lege qvæſo apud Peckenſt. & Autorem Chronici Dresd. (*) Caſtrum ille regium ſuæ optat Hiſpaniæ, qvod cum Dresdenſi comparari posſit: Fortalitium alter Hungariæ, opponendum incurſionibus Barbarorum. Sed ô qvam vaſta regna Hiſpanorum & Hungarorum, qvæ auro abundant & melle & marmore & gemmis: modò & virtuti Saxonum non imparibus colonis!

Italiæ ſuæ delicias laudavit comparavit COSMUS III. Magnus Dux Hetruriæ, cum Albis tempe cerneret propior factus Dresdæ.

All-

(*) add. Prodromus noſter Hiſt. Miſn. p. 159.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden